



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXVII. Industria secunda: prauos habitus duplici ratione destrui, virtutes multiplicatis actibus augeri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

ualis intentio sufficiat, renouatio tamen a-
m nouum producit, qui præcedenti auctior
nobilior est. Sic Sponsa poma noua & vetera
ponso suo seruat. Sed de his plura inferius.

CAP. XXVII.

*Industria secunda: prauos habitus duplici ra-
tione destrui, virtutes multiplicatis
actibus augeri.*

TRadunt Philosophi, longo vsu ac con-
suetudine prauos habitus in hominũ
enasci, sensimque repetitis actibus ro-
rari; quos, vbi radices altiores egerint, diffi-
le sit euellere atque eruere, quod de virtutib.
acquisitis etiam statuunt: disponi namque prin-
cipio potentias agendo, ac paulatim habitum
gigni; qui multo vsu ac frequentatione confir-
matus, potentiam ipsam ac facultatem iuuat ad
virtutis illius actus facilius perfectiusque eli-
tendos. Ex quo sequitur, eos deteriores esse, &
ad malũ procliuios, qui diutius in aliquo sce-
lere inhæserunt, gradus addentes gradibus,
quam qui remotioribus tantum dispositionib.
vicio alicui obligati sunt. Quare, vt hortatur
D. Augustinus, quando nascitur cupiditas,
antequam robur faciat aduersum te mala con-
suetudo, elide illam: sed si times ne elisa non
moriatur, ad petram elide: *petra autem erat
Christus.*

*Habitus
ex actibus
enasci at-
que auge-
ri.*

*Impotentia
consuetu-
dinis.*

*Lib. 6. Mu-
sica, ca. 7.
tom. 1.
I. Cor. 10.*

Ceterum consuetudo aut habitus formatus eodem auctore, quasi secunda & affabrica-
tura dicitur. Lupus pilum mutat, non me-
tem: nec unquam efficies ut recti ingrediamur
cancris: denique, ubi vitium inoleuit, instat
tura contra rationis motus contumaciter
sistit, quod D. Gregorius eleganter de pingu-

*Hom. 31. in Vistata culpa, ait, obligat mentem, ut nequaquam
Euangel. surgere possit ad rectitudinem. Conatur, & laborat
post mediū.* quia ubi sponte diu persistit, ibi & cum noluerit
ēta cadit. Hanc depressionem obligationis

que vitiorum in Manasse captiuo Rege
est: qui exire cupiens ē carcere, ac faciens
cælum tollere, non poterat, catenis con-
ctus. *Incuruatus sum*, inquit, *multo vinculo sum*
& non est respiratio mihi. Hoc facit peccati
tus; incuruat hominem in terram, ne cælum
spiciat; comprimit vinculis: nam affectionis
psæ internæ magna vincula sunt; comprimit
vero tanta est, ut ne spirationes quidem
inclusus fœtor admittat.

*In oratio-
ne Manas-
sa.*

Audiamus vinctum aliquem, qui in se
tus malum, illud ipsum depingat, & nobis
vium exprimat. *Ligatus eram*, inquit, *Au-*
stinus, non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate
meum tenebat inimicus; & inde mihi catenam
rat, & constrinxerat me. quippe ex voluntate
uersa facta est libido; & dum seruitur libidini,
est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur,
ēta est necessitas: quibus, quasi anulis quibusdam
met innexis, (vnde catenam appellavi) tenebat
obstrictum dura seruitus. Voluntas autem non

*Li. 2. Conf.
cap. 5.*

...ect. ...us formatus ... fabricata ... non me ... ingredi ... uit, in ... timaciter ... ter de ... vt nequ ... tur, & ... m noluer ... bligation ... o Rege ... , ac facie ... tenis con ... vinculo ... peccati ... ne coel ... affection ... ; comp ... idem di ... ui in se ... t, & nob ... quit, Au ... voluntate ... catenam ... voluntate ... libidini, ... resistitur ... i) tenebat ... em noua, ...

...esse caeperat, vt te gratis colerem, fruique te vel-
... Deus, sola certa iucunditas, non erat idonea ad
...erandam priorem vetustate corroboratam. Ita
... voluntates mea, vna vetus, alia noua: illa carna-
... hac spiritualis; confligebant inter se, atque discor-
... do dissipabant animam meam. & infra: Sed ta-
... consuetudo aduersus me pugnatio ex me facta e-
... quoniam volens, quo nollem, perueneram. Hæc
... Augustinus: ex quo apparet, quanta difficultas
... prauos habitus, vbi inualuerint, extirpare
... dicitur.

6. Horum fontes tres potissimum reperio; *Pravorum*
...os cum exhauserimus, de PERFECTIO- *habituum*
... aliquid sperare poterimus: sed hoc opus, *tres radi-*
... labor est. Primus à natura ipsa ducitur, & *ces seu fon-*
... catur concupiscentia: quam nemo moria- *tes.*
...um sine priuilegio singulari potest euadere. *I.*
...obiscum eam nasci, nobiscum concipi, testa- *Concupi-*
... Regius Propheta; qui de ea conquerens, *scencia.*
... enim, ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in *Psal 50.*
... peccatis concepit me mater mea. & D. Paulus: Video, *Rom. 7.*
... aliam legem in membris meis, repugnantem legi
... mentis mea, & captiuantem me in lege peccati. Rea-
... nus quidem ac vita peccati illius per baptismū
... tollitur; affectus tamen permolestus remanet,
... ad pugnam & exercitium.

Hæc vero concupiscentia non vnius vitii ha- *Concupi-*
...ritus est, sed omnium vitiorum radix, fomen- *scencia ef-*
...um, ac seges. hinc superbia omnibus innata *fectus atq;*
... hinc pullulat libido, & abdominis cura; hinc *incōmoda.*
... pecuniæ cupiditas; hinc odij fraterni ac inuidē-
... acerbitas, cæcitatatis atque ignorantia; origo;
... amor



amor rerum omnium que sensibus externis feruntur, alienatio rerum æternarum, Dei denique ac salutis obliuio. Quare, etsi per consuetudinem ac usum tyrannis nulla noua accesserit, concupiscentia ex se rudens ille est, de quo ante diximus, ac corpus condensatum peccatorum omnium: arbor vitiorum, ramos longe lateque fundens: sicut enim caritas ramos virtutum omnium producit; ita & concupiscentia peccatorum omnium habitus, radices, ac fibras innumerables continet, ex quibus brachia & membra prolixè sparguntur, & genera & species rerum infinitas effundit nobis, quæ ad agendum iusto Dei iudicio relinquuntur. Heu quibus nam hanc delere valeat: cui si caput unum amiseris, centum alia pullulabunt? Idcirco exclamauit Paulus: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?*

Rom 7.

157. Illud quidem est verum, gratiam Domini nostri IESU Christi magno præiudicio esse ad concupiscentiæ tyrannidem subigendam; sed quid, si naturalis præterea complexio aduersetur? hæc enim ad virtutem apta, multum detrahit de pertinacia ac impotentia, concupiscentiæ. Verum secreto Dei iudicio, etsi libenter nonnulli condicionem concupiscentiæ detestantur, rem sentiunt: quod illa à complexione detestantur, & à virtute abhorrente, vitiorumque semine scatente, & nonnumquam ex omni quæ prauorum habituum colluue conflata, immundatur & accendatur. Multi namque tyrannidem carnificinam experiuntur admodum infestam, eamque

Radix 2.

Complexio
praua iun-
ctæ concupis-
centiæ no-
cet pluri-
mum.

que continuam : qua ad vindictam exci-
tur, qua ab obscenas voluptates, qua ad bla-
mos conceptus, ad veritatis odium, virtu-
fugam ; vt bestiarum instar, omnium diul-
humandarumque legum obliu, in scele-
sentiam dent sese præcipites. Immanes
hæ sunt concupiscentia, & complexio
tra, & in peccatum procliuis. Neminem ta-
en clementissimum Dominum perdere vel-
prolixè ostendimus altero libro, in quo de
cargumento egimus latissime.

8. Quid si hisce duabus caudis titium in-
malium fumigantium accedat consuetudinis
s ac improbitas, fons tertius prauorum habi-
um? quis modus tam horrida & immania mô-
ra superandi? difficile sane est. Zacharias Pro-
he a talento plumbi peccatum comparat,
propter grauitatem. Quod si longo tempore
reccatis quis assueuit, quot talentis plumbi se-
nerauit! quomodo assurget? qua ratione ad-
cecos euolabit alæ gratiæ non modo decurta-
ta, sed penitus euulsæ sunt. Sed esto, adsit gra-
tia quam communiter omnibus attribuit Do-
minus; quomodo concupiscentiæ, naturæ
corruptæ, consuetudinis pondere oppressus
exurget? quare D. Gregorius: *Quædam* (ait)
quasi conclusionis angustia est, ab opprimente mala
consuetudine exurgere velle, nec posse: iam quidem
si desiderio ad superna tendere, sed adhuc actu in infimis
ramanere: praire corde, nec tamen sequi opere, atque
contradictorem perpeti semetipsum. Hæc Grego-
rius. Hæc eadem cum gemitu D. Augustinus

Radix. 3.
Consuetu-
do.

Zach. 5.

Li. 26. Mo-
ral. cap 31.

com-

Lib. 7. Conf. e. 17. commemorat. Rapiēbar, inquit, ad te decorat
moxque diripiebar abs te pondere meo, & rubeam
sta cum gemitu : & pondus hoc consuetudo carnis
lis.

Hæc vulnera omnia sanat Christi Dominus
nostri I E S V gratia; illa nos liberat à corpore
mortis huius, datque animos & vires ad
nerandam in primis sarcinam vinculorum
uium ferro & plumbo, per exomologesim
& constātiā ac fortitudinem sustinendi agere
nec suis athleticis deest, ut viriliter pugnent,
stesque & externos & internos profligent
exterminent.

Nemo tamen fallatur: non abeunt tales
spites, nisi truantur, vrgeant virtutes ingere
ideo opus est ut quis alte clamet, & dicat, *Veni
migrate coloni.* nihilominus obsurdescunt, & pe
tinacius resistunt : tantum iuris obtestantur
habere extrudi possessione tot annorum
debeant; non diutius vixisse hominem, quam
cum eodem vixerint; denique, hi pellantur
non egressuros; *meliorem esse possidentis con
nem.*

Duplici modo prauos habitus propelli. 159. Duplici vero ratione prauus habitus
Modus 1. Cessatione ac dissuetudine habitus minui.
1. 2.

pelluntur: altera, cessatione ab opere: altera
bus contrariis, Examen particulare, quod
loco exposuimus, modum habebit abstinē
lapsu : dissuetudo namque habitum sensim
lit, qui vsu & exercitatione alioquin nascitur
conseruatur. hinc qui instrumenta musica per
re didicerunt, si longiori tempore inermittant
facilitatē perdunt; imo & artē ipsam plane de
aur.

Sic qui linguis, quas aliquando nouerunt, quam vtuntur, earum scopiam vsumq; diffu-
line amittunt. Idem vltu venit iis, qui peccatis
fessione delectis sic abstinent, vt deinceps nō
abatur: fit enim vt initio oderint, ab iis post-
erat à corpore odum grauius alienentur, denique eorum a-
vires ad tiores imperus iam quasi victores non ferant,
aculorum. mo tandem vix sentiant.

Attamen longum opus illud est; præsertim
vitiis illis, ad quæ cuiusque natura pronior est
um examen contra huiusmodi instituitur, &
modammodo virgam vigilantem sensuali as-
erberque eleuatum ad flagellandum exhorret
met, subtricer, molestias non faceffit: at vbi con-
a aliquem ex his affectibus studium persequē-
& dicat, vbi intermittimus, ad alium intenti; ni vigilemus
illudue, redit asinus ad ingenium: & velut ra-
mus arboris depressus, quam diu eum deprimis
inclinatur; at si manum amoueas, ad locum
superiorem illico refilit, illicque eodem statu
quo prodiit, remanet: tales & nos sumus:
mane proponimus, & quasi violenter affe-
ctionum nostrarum ramos rigidiores deprimi-
mus: vbi memoriam contentionis huius re-
axamus, naturali quodam cursu ad priorem sta-
tum reuertimur imprudentes, miramurque
desperi nos eosdem esse qui mane fueramus.
Similiter ad tempus in næuum aliquem inue-
nimur: quem vbi quasi victores, ad alium
transseutes, intermittimus, eum, quem
mortuum putabamus, adhuc viuere experi-
mur.

*Simile ap-
positum.*

Modus. 2. 160. Alius ergo modus adhibendus rigidior
Cant. 2. securis ad radicem defigenda *tempus purgationis*
Actibus aduenit; venenatis dentibus horum serpentium
contrarijs infidantium minime indulgendum. At quomodo
destrui ratio illa? Eodem nempe modo, quo prauis
prauos ha- tus excitantur, etiam destruuntur: ab his
bitus. nempe contrarijs contrariae affectiones con-
Similo. uelluntur. Clauus clauo truditur, sed pulsi-
 concussione opus; non vna tantum, sed tam-
 tundendum, donec profiliat. Herbae autem ab hoc
 quae radices egerunt, quantumcumque
 quotidie tondeas ac praecidas, ni radices e-
 rantur, non moriuntur: sed opus est ferro, quo
 ipsis radicibus subiiciatur. Parcendum
 nullo modo est, quia hostes non habet
 peruicaciores.

Allegoria Cum filij Israel addidissent facere ma-
Sisara. conspectu Domini, & afflicti oppressi que-
Iudic. 4. issent annis viginti à Iabin Rege Chanaan,
 » mauerunt ad Dominum. Debbora Propheta
 » Barac ducem constituit. contra Iabin Regem
 » Chanaan. Dei ergo exercitui castra metum
 » monte Thabor, occurrit Sisara Princeps
 » citus Regius Chanaan, habens praererea leu-
 » ingentes currus falcatos. Terruit Domini
 » Sisaram, & exercitus eius, cecideruntque in
 » re gladii. Fugientem vero Sisaram Iabel, uxor
 » Haber, obuia excepit, domumque induxit
 » focillarumque haustu lactis operuit. Cum
 » tem securus dormiret, tulit Iabel, vxor Haber
 » clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum
 » ingressa abscondite & eum silentio posuit supra

capitis eius clauum percussumque malleo defixit in
 ebrum vsque ad terram: qui soporem morti conso-
 de fecit, & mortuus est. Humiliavit ergo Deus in
 illo Iabin Regem Chanaan coram filiis Israel: qui
 sciebant quoti die, & forti manu opprimebant Iabin
 rem Chanaan, donec delerent eum.

Hac præclara figura interni hominis status
 coloribus depingitur. Cum enim malum
 in conspectu Dei, eiusque legem & a-
 miciam deleimus, alieni nobis imperant: &
 quidem non tantum regna, ciuitates, & do-
 mos, sed etiam abditissimum animi nostri do-
 micilium inuadunt; nominatim concupiscen-
 tia, cum vitiorum omnium cohorte: cui præest
 Sifara, id est, videns hircinam; quo desi-
 gnatur primum peccatum ceteris in nobis præ-
 dominans, cuius aspectus non in Deum, sed in
 hircines, opiniones, inquam, dictaque homi-
 num, instar hircinam loquacium, fertur.
 Heu! quotannis sæpe hic infensus hostis nos
 opprimit. Clamat Dominus quotidie alta voce
 ad aures nostras: *Quadraginta annis proximus sui*
generationi huic, & dixi, Semper hi errant corde: ipsi
non cognouerunt vias meas: quibus iuravi in ira
mea, si introibunt in requiem meam. Aueris igitur
 Deo, nihil, præter oppressionem huius Sifa-
 re, expectandum est: at ubi ad Deum ex animo
 conueni si gratiam obtinuerimus, simul excitabit
 Dominus Debboram, quæ apem significat.
 Hæc est voluntas Spiritu Dei roborata, studio-
 sa mellis colligendi ac fauos quasi virtutum,
 stillanteique loculos interiorum habituum

Psal. 94.

*Virtutes
 que con-
 currunt ad
 destructio-
 nem pra-
 uorum ha-
 bituum.*

I.

*Voluntas
 gratia Dei
 roborata.*

con-

2. *Ardor caritatis.* conficiendi: quæ ex viribus, facultatibus, virtutibusque exercitum conscribit: & Barac, (quod fulgur significat) caritatis, inquam, ardorem in reconciliatione, tamquam defensorem accepti copiarum spiritualium ducem fulminantem constituit: locum vero deligit montem Thabor, qui puritatem significat: ex quo tam arcano opportunoque ad irruptionem faciendo loco, duce ardenter in peccatorum exercitum impetum faciente, Dominus timorem in adversariis, ne caritatis fulmen sustinere valeat, sed cadant superbi: avari liberalitatem in divitiis, vanitatisque ornamenta in Ecclesiarum cunctis transeant: sobrij sint, qui temulenti; casti, qui recundi, qui alias impudentes atque oblitivi habebantur.

161. Sed quid? victoria non omnino precensenda est, quam diu Principes militiæ sunt, qui spargulos fusosque colligant, & exercitum redintegrent. Quis ergo nobis Sisaram interficiet, ut belli reliquias deleat? Iahel (quæ interpretatur, destruens) ille est zelus Domini, quam primam condicionem Negotiorum posuimus, qui Sisaræ capiti clauum detegit. Certe similis ei non est. Zelus Domini Sabot faciet hæc. In quo genere sui sæpe fecit peccatum. Iudæum cum Moabitide impie fornicationem interfecit: stetit enim Phinees, & placuit. *reputatum est ei in iustitiam in generationem & in generationem, usque in sempiternum.* Idem inflammavit Mathathiam, ut in ciuitate Modin superbiatari sacrilego immolantem Israelitem occideret.

4. *Zelus honoris divini.*

Psal. 105.

1. Mach. 2.

Scriptum est: *Zelus domus tuæ comedit me.* De *psal. 68.*

Christo hoc prædictum fuerat: hic ergo *Ioan. 1.*

egit ac fugauit negotiatores è templo Salo-

nis.

Sed ad nos redeamus. Delendæ ex animis

stris reliquiæ Moabitidis: quis id faciet? tri-

landi scelerati cultores Deorum, quos men-

gerimus: quis ad hoc idoneus? fugandi ac

propellendi falsi negotiatores, quibus cum car-

& mundo negotium: quis id exequetur? Ze-

lusi Domini exercituum. Iahel faciet hæc. Sed

opus malleo. Merito pœnitentiæ virtutem

malleum appellarim. Malleo contunduntur ac

fractantur boues, petræ scinduntur ac cau-

erantur denique malleo clauus intruditur. Hoc fa-

ctum pœnitentiæ: sternit enim vno ictu ferociffi-

cos tauros, immania crimina delet: illo corda

duriora saxi franguntur, cauantur consuetudi-

num prauorumque habituum rupes, virtutes

in sedibus postliminio restituuntur atque in-

firmantur. Ideo Christus dicit regnum cœlorum

non potest intrare nisi per contritum cor, & compellendos homines intrare in

regnum patris. Et quamuis malleus cla-

uus inducat, multa que tundendo alio instru-

mento conficiat: malleo tamen solo lapides er-

untur poliuntur ac penetrantur. pœnitentiæ enim

per se expellit internos obices; & clauo alterius

virtutis vitur, vt fortius feriat: ieiunat enim

pœnitens, orat, Sacramenta frequentat, largitur

operibus, vt illatæ Dei iniuriæ satisfaciat.

Quis quoque vi ceteræ virtutes vtuntur, vt ho-

minem suum expellant: læsa namque caritas ad

Hhh

pœ-

5.
Pœnitentiæ malleo
comparatur.

Matth. 17.
Luc. 14.

pœnitentię remediũ confugit: malleum accipit
tundit pectus, internum ciet dolorem, à se ex-
git pœna, vt amico reconcilietur. adeo pœnite-
tia communis virtutibus omnibus ad vitium
prauumque affectum deturbandum oppone-
nusque malleus est.

6-
*Virtutis a-
ctus opposi-
tum vitium
destruit.*

162. Superest clauus Iahelis nostrę qui in-
put Sifara defigitur. Est ipse virtutis actus
tium contrarium oppugnans: vt exercitio
ralitatis auaritia, sobrietatis gastrimargia,
patientia, sedulitatis contentione ignauia de-
litatur. Quod si virtutes singula ad eruendum
prauum habitum adhibeant simul pœnite-
vim; cuius est detestari actus præteritos, quos
praua illa affectio prauè defixa est: eo magis
Vult quispiam è mente fastum profligare, quod
mo demisso id à Deo postulat, detestatur
atque execratur internam illam perniciosam
quam Domini Dei iuratum hostem, & in
percutit pectus, corpus flagellat. Potentissimum
sane hæc ratio est habitum vitiosum com-
di: fiat hoc serio, constanter, ac frequenter
cile loco cedit superbia, ceteraque vitia. In-
mur Iahel, vt percutiamus in tempore
netremus cerebrum, defigamus vsque in
ram. Actibus maxime internis pulsandum
Tectus est Sifara, ac coopertus. Mala namque
ab interno homine prodeunt; viscera ipsa
ri perique necesse est, & ad terram vsque clauus
ipse figendus: ex multis enim internis actibus
sensim ipsa pars inferior afficitur, & quasi habet
tu seu affectione imbuitur, vt in virtutis sensu
erit

am cum voluptate conspi: et a: propendat;
 od facit vsus ac consuetudo. *Quo enim semel*
imbuta recens seruabit odorem Testa diu: & ramus *Similia*
 flexus, si diu erigatur, statum rectum retinet:
 imalia denique homines in gestibus quibus-
 am imitari, & quasi industriam discunt æ-
 ulati. sic & pars hominis inferior clavis hisce
 ppius confixa, & quasi nouo odore imbuta, cō-
 eptum seruat odorem, erecta stat, & superio-
 em denique hominis partem æmulatur; vs-
 ue adeo, vt plus subinde voluptatis experiatur
 erperiendo dolores in virtutum exercitatione
 quam ante iucunditatis hauserat commodis
 riorum perfruendo. Quis credat iuuen-
 s subinde cineres vel carbones habere in de-
 cis, illisque vti tamquam gulæ irritamentis: ita
 at, dum in Deum mens tota defigitur: pul-
 nempe mundi ac carnis affectu, cineribus &
 ceniētis deleatur. Ita S. Rex: *Quia* (inquit) *Psal. 101.*
panem tamquam panem manducabam, & potū meū
in cineribus meo statu miscebam.

164. His igitur exercitationib. humiliat Do-
 minus Deus Iabin Regē Chanaan, vniuersā in-
 quam, concupiscentiæ phalangem, veterem
 que hominem, coram Israhel, seu homine spiri-
 tuali: crescitque quotidie, & forti manu op-
 rimit eundem Iabin, qui eum deprimebat, do-
 nec deleat eum. Certum enim est, efficacio-
 rem modum non esse opprimendi omnes affe-
 ctus inordinatos è natura & complexione ortos
 omitem quoque ac concupiscentiam pro con-
 tione status viatorum eneruandi: quam
 Hhh 2 conti-

continua hac concussione, mortificatione, actibus repetitis fortiter & constanter impatiens. Sic hostis eiusque regnum aquantur solo, belidelenitur reliquæ, victrixque animus de hostibus gloriose triumphat. Magna hæc industria est, si tamen par ei respondeat diligentia: quod vero actibus vtilius fieri contingat, interman externis, nondum dictum est.

C A P. XXVIII.

Industria tertia: actus internos ad Negationem spiritualem promouendam exacte præstare: hos tamen internis subinde plurimum vsui ac subsidio esse.

Conscientia nostra domus & officina quadam.

164. **I**NDUSTRIA tertia magni momenti planeque necessaria, si spiritus sanctus limus euadere: suadet enim nobis vtiliter persepe versemur, ibi domicillum mentis damus, tamquam officinam quandam sanctissimam, in qua omnia opera nostra elaboramus. Illic conscientia nostra, illic mens, voluntas & memoria, passionelque naturæ singulæ, multa continent & bona & malorum sedes illic est, & virtutum: vitiaque plurima fortasse, virtutes aut nullas, aut admodum remissas, inueniemus. quod si verum quantum operis & occupationis nobis est eruendis ac euellendis tot peccatorum rudera